



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetii, 1706**

Testimonialium de exercitio Ordinum, & servitio Ecclesiæ Formula XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

cialibus, & quod Clerici in albo Confratrum reperiantur descripti, ut possint salutis dogmata alios docere, & condonceri: Cum non tantum indigeant hoc pabulo ligures montani, agrestes, & rudes, sed etiam qui mollibus vestiuntur, & in dominibus Regum sunt, ignorantiamque, & caliginem hanc nientibus effusam, longe, latèque diffusam deploremus.

Testimonialis de exercitio Ordinis,  
& servitio Ecclesiae.

### FORMULA XI. SUMMARIUM.

- <sup>1</sup> Clerici qui non deferunt Tonsuram, & Coronam patentem, non debent promoveri.  
Clerici Beneficiati, & in Sacris Ordinibus constituti, si non deferant Tonsuram, & Coronam, peccant mortaliter, ibid.

**E**go infra scriptus Parochus &c. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem Acolytatus promoveri cupit, dictæ meæ Ecclesiae servitio adscriptum, functiones jam susceptorum Ordinum in Habitu Clericali, & decenti Tonsura, diebus festis in eadem Ecclesia devotè obiisse. In quorum &c. Datum &c.

N. Parochus N.

### ADNOTATIO.

**E**t DECENTI TONSURA. Quia non pauci, qui Clericali militiae nomeni dederunt, verentur Clericalem Tonsuram, & Coronam patentem deferre, ac si Dominus, qui eos in partem suam vocavit, hujusmodi texera ignominia vestiret. Ideoque Episcopus si quos inveniat tali carere requisito, abstineat ab impositione manuum donec corrigantur, quia ex hujusmodi defectu magnum indicium oritur eos veram vocationem non habere ad Statum Ecclesiasticum, sed secularis Judicii fugiendi causa, & non Deo fidelem cultum praestandi hoc vitæ genus elegisse. Sciantque Clerici Beneficiati, & Sacris Ordinibus

initiati, quod si non incedant in Habitum, & Tonsura decenti, & coronam non deferant, peccant mortaliter, ut tenent communiter Abb. in cap. Si quis de vit. & honest. Cler. & alii quamplures quos refert, & sequitur Sperell. decif. 66. nu. 11. Grass. dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 3. n. 1. 2. 3.

Testimonialium Ludimafstri.

### FORMULA XII. SUMMARIUM.

- <sup>1</sup> Ludimafstri non possunt exercere, nisi ab Episcopo approbatifuerint, etiam si ab Universitatibus Laicorum fuerint nominati.

**E**go infra scriptus Ludimafster, qui approbatus, & emissâ fidei professione Grammaticam, seu litteras humaniores doceo in loco N. Diœcesis N. medio juramento fidem facio Clericum N. qui ad minores Ordines N. N. admitti cupit meam Scholam ab anno .... usque ad ... modestè frequentare solitum esse, & bona indole, bonisque moribus præditum, & Christianè educatum esse, ac in litteris proficere. In quorum fidem mea manu præsentes subscrispi, & sigillo meo munivi. Datum hac die.

Ego N. Ludimafster loci N.

A D-